ſtis poſtulationibus grato cōcurrentes aſſenſu/perſonas ve-
ſtras ⁊ monaſteria in quibus diuinis eſtis obſequijs manci-
pati cū omnibus bonis que in p̄ſentiarū rationabiliter poſſi-
dent/aut in futurū iuſtis modis p̄ſtante domino poterunt adi-
piſci ſub beati Petri ⁊ noſtra ꝓtectione ſuſcipimus/ ſpeciali-
ter aūt eccleſias/grangias/domos/ poſſeſſiones /⁊ alia bona
veſtra/ſicut ea omnia pacifice poſſidetis/vobis ⁊ per vos mo
naſterijs veſtris auctoritate ap̄lica confirmam⁹/ diſtrictiꝰ in
hibentes vt nec vobis nec alicui veſtrū liceat ad alium ordinē
ſe transferre/ac ipſius habitū ⁊ inſtituta ſuſcipere/neqꝫ ſe ⁊ mo
naſteria veſtra ipſius ordinis ciſtercieñ /monaſterijs ⁊ locis al
terius ordinis ⁊ ꝓfeſſionis ac obſeruantie/ſeu quibuſcūqꝫ ec-
cleſijs/⁊ locis alijs/aut religioni ſubijcere/vel vnire/aut aſſoci
are/ſiue circa ſtatum eorū dē monaſteriorū/⁊ ordinis ciſtercieñ
aliquid imutare vel innouare/ꝑ quod vobis ⁊ dicto ordini p̄-
iudiciū generetur/quodqꝫ nemo cuiuſcūqꝫ conditionis exiſtat
cōtra huiuſmodi noſtre ꝓhibitionis tenorem vos ⁊ monaſte-
ria predicta recipere vel tenere/ aut aliquid attemptare quo-
quomodo preſumat abſqꝫ apoſtolice ſedis licentia ⁊ manda-
to. Nos eñ ſi ſecus actū fuerit irritum decernim⁹ ⁊ inane. Ce-
terum vbi ꝑſona veſtre ꝓfeſſionis ad ordinē alium aſpiraret
ſe transferre/ nihil de antiqua iuris obſeruantia intendim⁹ im
mutare. Nulli ergo oino hominū liceat hanc paginā noſtre cō
firmationis ⁊ inhibitionis infringere/ vel ei auſu temerario cō
traire. Si quis autē hoc attemptare p̄ſumpſerit/ indignatio-
nem omnipotētis dei/⁊ beatorū Petri ⁊ Pauli ap̄lorum eius
ſe nouerit incurſurū. Datū apud vrbem veterē. v. Idus De-
cembris. Pontificatus noſtri Anno tertio.

**Priuileg⁹ dn̄i Bonifatij pape. viij. Ut cū
p̄lati eccliaꝝ celebrēt ī monaſterijs ordis
oblatōes nullaten⁹ ſibi vſurpare p̄ſumāt/
ſed eas in monaſterijs ipſis dimittant.**

Bonifatius Ep̄s ſeruus ſeruo-
rū dei. Dilectis fi-
lijs abbati monaſterij ciſtercien̄/ eiuſqꝫ co-
abbatibꝰ ⁊ conuentibꝰ vniuerſis ciſtercien̄
ordinis. Salutē ⁊ ap̄licam benedictionem
Series oblate nobis veſtre petitionis ha-
bebat/ ꝙ licet ea que in eccleſijs monaſteri
orum vr̄i ordinis pie deuotionis affectu a
chriſtifidelibꝰ in miſſaꝝ ſolennijs offerunt̄
fratrum monaſteriorū ipſorum vſibus ex ſpeciali ꝓuilegio ſe-
dis ap̄lice debeant deputari/ nōnulli tamē eccleſiarū p̄lati du-
cti auaricie ſpiritu cū in eiſdem monaſteriorū p̄dictorum eccle
ſijs predicta ſolēnia celebrant/ oblationes que ad manus eoꝝ
huiuſmodi celebrationis tēpore fieri dinoſcunt̄ ad ſe ꝑtinere
indebite aſſerentes/ p̄dictas oblationes a monaſterijs ipſis aſ
portare p̄ſumunt/ in ipſoꝝ monaſteriorū ⁊ ꝑſonarū deſeruien-
tium in eiſdē non modicū p̄iudicium ⁊ grauamē/ ſuꝑ quo peti
ſtis humiliter per ap̄lice ſedis clementiā prouideri. Nos itaqꝫ
ad veſtrū ⁊ monaſteriorū ac ꝑſonarū in ipſis degentiū ſtatum
felicē ⁊ ꝓſperum pijs ſtudijs intendētes/ auctoritate ap̄lica di
ſtrictius inhibemus/ ne aliqui prelati cū ip̄os in eiſdē eccleſijs
monaſteriorū predictoꝝ ſolennia celebrare cōtigerit p̄libatas
oblationes tūc ꝓueniētes/ ibidē ſibi quomodolibet vēdicare
p̄ſumāt/ ſed eas in monaſterijs ipſis/ ſeu locis eoꝝ oīno dimit
tāt fratrū monaſterioꝝ vel locoꝝ ipſoꝝ vſibꝰ ꝓfuturas. Nulli
ḡ oīno hoīm liceat hanc paginā noſtre inhibitiōis infringere/
vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si q̄s aūt hoc attēptare p̄ſump-
ſerit/ indignationē oīpotentis dei/ ac beatorū Petri ⁊ Pauli
ap̄lorum eius ſe nouerit incurſurū. Datū Anagine. v. Idus
Septembris. Pontificatꝰ noſtri Anno primo.

Eiuſdē Qꝛ nō licet ꝑſonis noſtri ordinis
appellare/ etiā ſi corrigant̄ vel puniant̄ a
prelatis ſuis.

Bonifatius Eṗs ſeruus ſeruoꝝ dei. Dilectis filijs abbati ciſtercij/eiuſq; coabbatibꝰ monaſterioꝝ ciſtercieñ ordinis ⁊ eoꝝ cõuentibus vniuerſis. Salutẽ ⁊ aplicã benedictionẽ. Ad augmentũ ↄtinuũ religionũ ⁊ ordinũ quos Romañ ſuſcepit ⁊ approbauit eccleſia patnis ſtudijs intẽdẽtes/ ⁊ cõſiderãtes attentiꝰ ꝙ nõ intermiſſa ſedulitas diſcipline religiones ⁊ ordines ſupradictos/ſtatuſq; regulares ſalubriter dirigit ⁊ cõſeruat/quodq; ſi eam perire vel remitti cõtingeret ordo quilibet collabi neceſſario cogeret. Penſantes etiam ꝙ ſi regulariũ pſonarũ correctio rimas iuris ⁊ apices ſequeret/huiuſmodi rigor lenteſceret/ ac multiplici laxatiõe torperet. Nos horum cõſideratione ac precibus dilecti filij noſtri R/tituli ſancte Potẽtiane presbyteri cardinalis ſup hoc ſupplicantis inducti vobis auctoritate apoſtolica indulgemꝰ/ vt ad correctiones ⁊ punitiones fratrũ ⁊ conuerſorum eiuſdẽ ordinis delinquentiũ infligendas prelati ordinis ſupradicti ad quos eedem ſpectare noſcunt rimulis ⁊ apicibus ipſis poſtpoſitis libere ꝓcedere valeant/ſm conſuetudines approbatas ⁊ generalia facta ⁊ etiã facienda ipſius ordinis inſtituta. Nec volumus eiſdem licere fratribꝰ ⁊ conuerſis ab eiſdem correctionibus ⁊ punitionibꝰ aliquatenus appellare preuia in hoc deliberatione ac maturitate debita obſeruatis. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã noſtre conceſſionis infringere/vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attemptare preſumpſerit/ indignationẽ omnipotentis dei/ ac beatorũ Petri ⁊ Pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſurum. Datum Rome apud ſanctum Petrũ. Idus Februarij. Pontificatus noſtri Anno tertio.

Hanc in forma ↄfirmat ſacroſancta ſynodus Baſilieñ Non Januarij. Anno dñi M.cccc.xxxviij.

Eiuſdē. Qꝫ ꝑlati ordinis poſſunt corrigere ⁊ punire moniales ⁊ ſorores ſibi ſubiectas ſcd̄m conſuetudines ⁊ ſtatuta ordinis/ rimulis ⁊ apicibus iuris poſtpoſitis. Nec licet eis ab huiuſmodi correctionibus appellare.

BOnifatius Ep̄s ſeruus ſeruorū dei. Dilectis in chriſto filiabus abbatiſſis monaſterioꝝ ciſtercien̄ ordinis/ ⁊ eorū cōuentibꝰ vniuerſis. Salutē ⁊ aplicam benedictionē. Ad augmentū cōtinuū religionū ⁊ ordinū quos roman̄ ſuſcepit ⁊ approbauit eccleſia/ paternis ſtudijs intēdentes ac cōſiderātes attētius qꝫ nō intermiſſa ſedulitas diſcipline religiones ⁊ ordines ſupradictos ſtatuſqꝫ regulares ſalubriter dirigit ⁊ conſeruat/ qd̄qꝫ ſi eā perire vel remitti cōtingeret ordo quilibet collabi neceſſario cogeret. Penſantes etiā qꝫ ſi regulariū ꝑſonarū correctio rimas iuris ⁊ apices ſequentur/ hm̄ōi rigor lenteſceret ac multiplici laxatione torperet. Nos horū cōſideratione ac ꝓcibus dilecti filij noſtri. R. titul. ſancte Potētiane pb̄ri cardinalis ſup hoc nobis ſupplicātis inducti vobis auctoritate aplica indulgemꝰ/ vt ad correctiones ⁊ punitiones monialiū ⁊ ſororum eiuſdē ordinis delinquētiū infligendas ꝑlati ordinis ſupradicti ad quos eedē ſpectare noſcunt/ rimulis ⁊ apicibꝰ ipſis poſtpoſitis libere ꝓcedere valeant ſm cōſuetudines approbatas ⁊ generalia facta ⁊ etiā faciēda ipſiꝰ ordinis inſtituta. Nec volumus eiſdē licere monialibus ⁊ ſororibꝰ ab eiſdē correctionibꝰ ⁊ punitionibꝰ aliquatenꝰ appellare/ ꝓuia in hoc deliberatione ac maturitate debita obſeruatis. Nulli ergo oīno hoīm liceat hanc paginā noſtre ꝯceſſionis infringere/ vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis aūt hoc attēptare ꝑſumpſerit/ indig

natione̅ omnipote̅tis dei/ ⁊ beatorū Petri ⁊ Pauli apl̄orū eiꝰ ſe nouerit incurſurū. Datum Rome apud ſanctū Petrū. Idꝰ Februarij. Pontificatus noſtri Anno tertio.

Eiuſdē. Ne/ imperatores/ reges/ duces/ vel alia ꝑſona ſecularis cuiuſcūq; excellētie vel ptātis audeat tailliare aliquā eccleſiaſticā ꝑſonam/ aut aliquid aliud extorquere / puta centeſimā/ viceſimā/ vel decimā abſq; ſpeciali mādato vel conſenſu ſedis apl̄ice/ ⁊ habet de verbo ad verbū in vi. ca. de imunitate eccl̄iaꝝ ⁊c. licet poſtea ꝑ dn̄m Cle. papā dicat reuocatū.

BOnifatius Ep̄us ſeruꝰ ſeruoꝝ dei. Ad ꝑpetuā rei memoriā. Clericis laicos infeſtos oppido tradit antiq̄tas/ qd ⁊ p̄ſentiū experimenta tēpoꝝ manifeſte declarāt/ dū ſuis finibꝰ nō cōtenti/ nitunt in vetitū/ ad illicita frena relaxant/ nec prudēter attendunt q̄ ſit eis in clericos eccleſiaſticaſue p̄ſonas ⁊ bona interdicta ptās/ eccleſiarū p̄latis/ eccleſijs eccleſiaſticiſq; ꝑſonis regularibus ⁊ ſecularibꝰ imponūt onera grauia/ ipſoſq; talliant/ ⁊ eis collectas imponūt ab ipſis ſuoꝝ ꝓuentuū vel bonorū dimidiā/ decimā/ ſeu viceſimā/ vel q̄uis aliā portionē/ aut quotā exigūt ⁊ extorquent/ eoſq; moliunt multifarie ſubijcere ſeruituti/ ſueq; ſubmittere ditioni/ ⁊ qd dolenter referimꝰ nōnulli eccl̄iaꝝ p̄lati/ eccleſiaſticeq; ꝑſone trepidātes/ vbi trepitādū nō eſt tranſitoriā pacē querentes/ plus timētes maieſtatē temporalē offendere q̄ eternā/ taliū abuſibꝰ nō tam temerarie

quã improuide acquieſcũt ſedis aplice auctoritate ſeu licentia
non obtenta. Nos igit̃ talib⁹ iniquis actib⁹ obuiare volẽtes/
de fratrũ noſtrorũ conſilio/aplica auctoritate ſtatuimus/ꝙ q̇-
cunqꝫ p̃lati eccleſiaſticeqꝫ ꝑſone religioſe vel ſeculares quorũ-
cunqꝫ ordinũ / conditionis ſeu ſtatuũ collectas vel tallias/de-
cimã/ viceſimã/ ſeu centeſimã ſuorũ/ ⁊ eccleſiarũ ꝓuentuum/
vel bonorũ laicis ſoluerint vel ꝓmiſerint/vel ſe ſolituros con
ſenſerint/aut q̃uis aliã quantitatẽ/portionem/aut quotã ip-
ſorum ꝓuentuũ/vel bonorũ eſtimationis vel valoris ipſorũ/
ſub adiutorij/mutui/ſubuentionis/ſubſidij/vel doni nomine
ſeu quouis alio titulo modo vel queſito colore abſqꝫ auctori-
tate ſedis eiuſdem/nec nõ imperatores/reges/ ſeu principes/
duces/comites/vel barones/poteſtates/capitanei/ vel officia
les/vel rectores quocũqꝫ nomine cenſeant̃ ciuitatũ/ caſtrorũ/
ſeu quorũcunqꝫ locorũ conſtitutorũ vbilibet/ ⁊ quiuis alij cu-
iuſqꝫ p̃eminẽtie conditionis/ ⁊ ſtatus qui talia impoſuerint ex
egerint/vel receperint/aut apud edes ſacras depoſita eccleſia
rũ vel eccleſiaſticarũ perſonarũ vbilibet arreſtauerint/ſaiſine-
rint ſeu occupare p̃ſumpſerint/vel arreſtari ſaiſiri ac occupari
mãdauerint/aut occupata ſaiſita ſeu arreſtata receperint/ nec
nõ omnes qui ſciẽter dederint in p̃dictis auxiliũ/ conſiliũ/ vel
fauorẽ/publice vel occulte eo ipſo ſententiã excõicationis in-
currant/vniuerſitates q̊ꝫ que in his culpabiles fuerint eccleſi-
aſtico ſupponim⁹ interdicto/p̃latis ⁊ ꝑſonis eccl'iaſticis ſup̃dic
tis in virtute obediẽtie/ ⁊ ſub depoſitiõis pena diſtricte man-
dãtes/vt talib⁹ abſqꝫ expreſſa licẽtia dicte ſedis nullaten⁹ ac-
quieſcant. Quodqꝫ p̃textu cuiuſcũqꝫ obligationis/ ꝓmiſſiõis
⁊ cõfeſſiõis factarũ hacten⁹ vel faciendaꝝ inantea p̄uſq̃ꝫ hmõi
cõſtitutio/ꝓhibitio/ſeu p̃ceptũ ad noticiã ipſoꝝ ꝑuenerint ni
hil ſoluant/nec ſupradicti ſeculares quoquomodo recipiãt/ et
ſi ſoluerint vel p̃dicti receperint in excõicationis ſententiã in-
cidunt ipſo facto. A ſupradictis autẽ excõicationũ ⁊ interdi
cti ſentẽtijs nullus abſolui valeat/preterq̃ꝫ in mortis articulo
abſqꝫ ſedis aplice auctoritate ⁊ licentia ſpeciali/cũ nr̃e intẽtio
nis exiſtat/tã horrendũ ſeculariũ ꝑtãtum abuſum nullatenus

ſub diſſimulatione tranſire. Non obſtantib⁹ quibuſcūq; priui
legijs ſub quibuſcūq; tenoribus formis/ſeu modis aut verbo
rū cōceptione cōceſſis imperatorib⁹/regibus/ꝛ alijs ſupradic
tis que cōtra p̄dicta in nullo volumus alicui vel aliquib⁹ ſuf
fragari. Nulli ergo oīno hoīm liceat hanc paginā noſtre cōſti
tutionis infringere/vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis au
tem hoc attēptare p̄ſumpſerit/indignationē omnipotētis dei
ac beatorū Petri ꝛ Pauli aploꝝ ei⁹ ſe nouerit incurſuꝝ Datū
Rome apud ſanctū Petrum. vi. kl'. Martij. Pontificat⁹ no
ſtri Anno tertio.

Eiuſdem. Ut nullus de terris noſtris cul
tis vel incultis traditis iam/vel tradēdis
aliquib⁹ cultorib⁹ excolendis in quibus
null⁹ decimas ꝑcepit/exigat vel extorque
at decimas vel p̄mitias a nobis vel a cul
toribus earundē.

BOnifatius Ep̄us ſeru⁹ ſeruoꝝ dei. Dilectis filijs
vniuerſis abbatib⁹ abbatiſſis ꝛ cōuentib⁹
ordinis ciſtercieñ tam p̄ſentib⁹ q̄ꝫ futuris.
Salutē ꝛ aplicam benedictionē. In eccle
ſie firmamēto veſter ordo nitore claro coru
ſcans vniuerſalē gregis dñici aulā illumi
nat/ꝛ currentib⁹ in ſtadio rectū iter inſinu
at quo ad ſalutis brauiū facilius ꝑueniř. Nos quidē obhoc et
ꝓpter magne deuotiōis affectū quē ad nos ꝛ aplicam ſedem
habetis ordinē ipm ac vos ꝛ alios eiuſdē ordinis ꝓfeſſores in
tima caritate ꝓſequimur/ac ſinceris affectib⁹ excitamur ad ve
ſtra ꝛ illorū cōmoda in quib⁹ honeſte poſſumus ꝓmouenda.
Ideoq; p̄miſſoꝝ intuitu ꝛ obtentu dilecti filij noſtri Roberti

tituli ſancte Pudentiane pbri cardinalis qui tanq̄ p̄fati ordi-
nis quē ꝓfeſſus exiſtit ꝓmotor aſſiduus neceſſitates veſtras
ꝛ dicti ordinis nobis reuerēter expoſuit/ꝛ ſup illis noſtre ꝓui-
ſionis auxiliū implorauit/vobis auctoritate p̄ntiū indulgem⁹.
vt de terris veſtris cultis ꝛ incultis ad ordinē veſtrū ſpectāti-
bus/quas alijs cōceſſiſtis vel cōcedetis impoſterū excolēdas/
de quib⁹ tū aliquis decimas ſeu primitias nō pcepit/nullus a
vobis ſeu cultorib⁹ terrarū ipſarū/ aut quibuſcūq alijs deci-
mas ſeu primitias exigere vel extorquere p̄ſumat. Nos em̄ ni-
bilomin⁹ irritū decernim⁹ ꝛ inane/ quicq̄d cōtra tenorē hmōi
indulgentie fuerit attēptatū. Nulli ergo oīno hoim liceat hāc
paginā noſtre cōceſſionis ꝛ cōſtitutiōis infringere/vel ei auſu
temerario cōtraire. Si quis aūt hoc attēptare p̄ſumpſerit/ in-
dignationē omnipotētis dei/ꝛ beatoꝝ Petri ꝛ Pauli aploꝝ
eius ſe nouerit incurſuꝝ. Datū Lateraū.xv.kl. Januarij. Pō-
tificatus noſtri Anno octauo.

Hanc in forma cōfirmat dn̄s Pius papa.ij. Ex aplice.

Eiuſdē. Cōſeruatoria abbatis ſancti Ste-
phani Diuioneñ ꝓordine noſtro appel-
latione poſtpoſita.ꝛc̄.

BOnifatius Ep̄s ſeru⁹ ſeruorū
dei. Dilecto filio ab
bati monaſterij ſancti Stephani de Diui-
one Lingonieñ diocl Salutē ꝛ aplicam be
nedictionē. Ad cōpeſcendos conatus ne-
farios aduerſariorum qui pſonas ꝛ loca ec
cleſiaſtica ꝛ potiſſime religionis cultui de-
dicata ſup bonis ꝛ iurib⁹ ſuis offendere/et
multiplicibus pturbare moleſtijs nō verent̄/tantomagis nos
decet oportunū remediū adhibere/quāto pamplius turbatio
nes hmōi ꝛ moleſtie in diuine maieſtatis offenſā/ eccleſiaſtice

diſpendiū libertatis/ ⁊ apl̄ice ſedis cōtemptū redūdare noſcū
tur/ Cū itaqꝫ ſicut ad noſtrū ꝑuenit auditū/ dilecti filij abbas
ciſtercij/ eiuſqꝫ coabbates ⁊ fratres ac dilecte in chriſto filie ab-
batiſſe ⁊ ſorores/ eorūqꝫ ꝯuentus ciſtercieñ ordinis a nōnullis
qui nomē dn̄i recipere in vacuū nō formidant/ in ꝑſonis ⁊ bo-
nis ſuis multipliciter moleſtenṫ. Nos volētes ipſorū abbatū
fratrū abbatiſſarū ſororū ⁊ cōuentuū ꝓuidere quieti/ ⁊ ꝑuerſo
rū conatib⁹ obuiare/ diſcretioni tue ꝑ apl̄ica ſcripta mādamus
quaten⁹ eiſdē abbatib⁹/ fratrib⁹/ abbatiſſis/ ſororib⁹/ ⁊ conuē-
tibus efficacis p̄ſidio defenſionis aſſiſtens/ nō ꝑmittas ipſos
in ꝑſonis ⁊ bonis eoꝝ contra indulta priuilegioꝝ ſedis apl̄ice
ab aliquib⁹ indebite moleſtari. Moleſtatores hmōi quicūqꝫ
⁊ cuiuſcūqꝫ religionis/ conditionis/ aut ſtatus exiſtant/ etiā ſi
pontificali p̄fulgeant dignitate/ auctoritate noſtra/ appellatio
ne poſtpoſita/ cōpeſceñ. Nō obſtātibus tam nr̄a qua cauetur
ne cōſeruatores a ſede deputati p̄dicta/ extra ciuitates ⁊ dioc̄
in quib⁹ deputati fuerint cōtra quoſcūqꝫ procedere/ aut aliq̄s
vltra vnā dietam a fine diocl eorundem trahere p̄ſumant/ quā
de duabus dietis in cōcilio generali/ ⁊ alijs quibuſcūqꝫ conſti
tutionib⁹ a nobis vel p̄deceſſoribus noſtris Romañ pontifici
bus ſuꝑ hoc editis/ dūmodo vltra tertiā vel quartā dietā ali-
quis extra ſuā diocl auctoritate p̄ſentiū nō trahatur/ ſeu ſi ali-
quibus cōmuniter vel diuiſim a p̄dicta ſit ſede indultū/ quod
interdicti ſuſpendi vel excōicari/ ſeu extra vel vltra certa loca
ad iudiciū euocari nō poſſint/ ꝑ litteras apoſtolicas nō facien-
tes plenā ⁊ expreſſam de indulto huiuſmodi eorūqꝫ ꝑſonis/ lo
cis vel ordinib⁹ mentionē/ ſeu qualibet alia indulgentia dicte
ſedis gn̄āli vel ſp̄āli ꝑ quā tue iuriſdictionis explicatio in hac
parte valeat quōlibet impediri. Attētius ꝓuiſurus ne de his
ſuꝑ quib⁹ lis eſt forte iam mota/ ſeu que cauſe cognitionē exi-
gunt/ ⁊ que indulta huiuſmodi nō contingūt te aliquaten⁹ in
tromittas. Nos eñ ſi ſecus p̄ſumpſeris tam p̄ſentes litteras
quā etiā ꝓceſſum quē per te illarū auctoritate haberi contige-
rit oīno carere virib⁹ ac nullius fore decernim⁹ firmitatis. Hu
iuſmodi ergo mandatū noſtrum ſic prudenter ⁊ fideliter exe-

quaris/vt eius fines quomodolibet nõ excedas. Datum Lateraň. vi. Idus Januarij. Põtificat⁹ noſtri Anno octauo.

Eiuſdem. Cõſeruatorie alie ſimiles ad diuerſos eccleſie prelatos.

Ad abbatem ſancti Victoris Maſſilieň.
Ad abbatem ſancti Pauli. Biſuntineň.
Ad abbatẽ ſancti Petri de Genoueſio Januen̄ dioc.
Ad epiſcopum Apteň.
Ad abbatẽ monaſterij Puſenieň Auemburgeň dioc.
Ad abbatem de Condonia Argentineň dioc.
Ad abbatẽ de ſancto ſaluatore Tudeň dioc.
Ad priorem cathedralis eccleſie Dunelmeň dioc.
Ad abbatẽ monaſterij ſancti Auberti Cameraceň dioc.
Ad abbatẽ monaſterij de Aurealtaria Compoſtelleň.

Priuileg. dñi Benedicti pape. xi. Cõſeruatorie in forma pcedentiũ.

Ad abbatẽ ſancti Pauli Biſuntineň.
Ad epiſcopum Apteň.
Ad abbatẽ ſancti Stephani Diuioneň.
Datũ Peruſij Idus Junij. Põtificatus nři Anno primo.

Priuileg. dñi Clemẽtis pape. v. Conſeruatorie ad diuerſos eccleſie platos.

Ad epiſcopum Siguñ. Ad epiſcopum Aſſaneň.
Ad epiſcopum Sueſſaneň.
Ad abbatem ſancti Pauli Biſuntineň.
Ad abbatem ſancti Victoris Maſſilieň.
Ad abbatem de Dunifermelim ſancti Andree dioc.